



**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,  
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

**Busaeus, Johannes**

**Mogvntiæ, M. DCVI.**

6. De fallacia hum. vitæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](#)

NES DE  
n acclamari  
fige eum. Nō  
mutatio Hinc  
m & dignita  
as confide eus  
ia inconfusa  
i in solo Deo  
ille enim solu  
icus in ador  
tio & vicissim  
is huius vite,  
narchia bim  
syrijs, sed no  
n ad Perias, &  
emonios, &  
andem transi  
erium, in qua  
tas cōfūcti p  
hoc mōdō  
z. confidet s  
umnas, quibus  
transiuris. C  
undo, q̄b̄ conc  
ia oculorum, &  
ndus & una  
i fugiater ill  
minātemur

MEDITATIO VI

*Demiseria fallacia vlt̄ humana.*

CONSIDERA. hanc miseriam longe pe-  
iorem esse superioribus, nam ut vulgo  
dicitur. Ficta sanctitas duplex est impie-  
tas: sic ficta apparetisq; felicitas duplex est  
miseria. Vnde enim tam longa Dei nobis  
subrepit obliuio, vnde diuitias tanto stu-  
dio querimus, ad honores anhelamus,  
nulla mortis cura tangitur, nisi quod fal-  
so persuademus vitam fore diuturnam, &  
cassa spe annorū multorum spacia nobis  
pollicemur? *Quotidie*, inquit B. Hierony- Ep. ad  
mus, morimur, & quotidie commutamur, & Nepot.  
contra fidem atque experientiam ipsam nos  
esse aternos credimus. Et iterum. Nemo enim  
tam fractis viribus, & sic decrepit & senectutis  
est, ut non putet se adhuc a unum unum su-  
peruicturum. Denique de vita haud secus  
iudicamus, quam si eius breuitas vel lon-  
gitudo esset in arbitrij nostri potestate.

Considera, de officijs honoratis & di-  
gitatibus, ac omnibus voluptatibus quā  
blanda specie se nobis offerant; & quot  
confestim, ubi ea receperimus, afflictionib-  
us, periculis, curis, inuidijs & laboribus

Gg 3 fint



470 M E D I T A T I O N E S D E

sint obnoxia Virgo gaudens pergit ad  
des sui sponsi, non enim videt aliud, quam  
quod foris apparet: at si visideret sementem  
miseriarum quę illo die seminatur, iudic-  
rem causam haberet plorandi: heu quid  
molestias illa feret? quo nōctes insomni-  
ducet, quo in re domestica patierit diffi-  
cultates. 2. cogita, si mundus tibi hic bla-  
diatur, id fieri, ut te fallat. si exalter, ut  
deiciat, si exhilararet, ut postea magis affli-  
gat. Dat multa bona, sed cum felle & dolore  
mixta. Dat tibi liberos, ut gaudes, sed  
postea tollit, ut gaudium compensa-  
tiori luctu. Et nescio, quomodo natura  
comparatum sit, ut magis semper affligat  
mala, qnam exhilarant eius bona.

3. Considera omnem hāc fallaciam et  
ri ex nimio amore nostri ipsorum, qui  
excäcat nos, ut apparentia bona semper  
veris anteponamus. Quia enim nimis  
amamus hāc vitam, odius mortem, im-  
mō nec ferimus de ea mentionem, ideo  
non possumus nobis persuadere ea  
esse vicinam, ne in miserorem aliquam  
ex cogitatione incidamus. Hinc fit, ut  
alios cito morituros facile credamus  
autem nos: nempe quia non ita tenemus  
lios, quam nosipos diligimus, 1. Cor. 10.



deta, & aliam esse causam huius fallacis o-  
pinionis , quod plus æquo fidamus vel æ-  
tati , vel viribus & sanitati corporis, & non  
consideramus mille modis hominibus li-  
cet sanis quotidie abbreviari vitam.

M E D I T A T I O VII.

*De multitudine miseriærum huīus  
vitæ.*

CONSIDERA , breue, incertum, & fal-<sup>l</sup>  
lax, quod in vita nostra est, variis mul-  
tisque corporis & animæ miseriis esse per-  
mixtum, sic ut mors potius quam vita ap-  
pellanda sit. Vnde recte Sapiens. Occupa-  
tio, inquit , magna creata est hominibus, Eccl.  
<sup>40.</sup> jugum graue super filios Adæ, à die exitus de-  
ventre matris eorum usque in diem sepultu-  
ri in matrem omnium 2. considera nullum  
temporis punctum præterire, quo non ad  
mortem festinemus, Hoc ipsum, inquit san-  
ctus Hieronymus , quod dicto, quod scribi-  
tur, quod relego, quod emendo , de vita mea  
tollitur , quot puncta notarii , tot meorum  
damna sunt temporum. Et si vita nostra a-  
liud non est , quam iter ad mortem,

Gg 4 & hoc